

DE GLOBI TERRESTRIS  
**AFRICA PARTI**  
**TICVLARIS DESCRIPTIO.**

De Mauritanijs duabus, Tingitana & Cæsariensi, Africa  
 minore, Cyrenaica, Marmarica Lybiæ & Ægypto.

CAPV XI.



**M**auritaniæ duæ, Tingitana scilicet, & Cæsariensis, ac Africa minor re-  
 giones sunt Africa, secundæ portionis terræ, nostra lingua Mauren-  
 sen & Morusken landt dictæ. Nigros producunt homines, etiam fe-  
 ras Simeas, dracones & Strutiones, ibi sponte nascuntur omnia gene-  
 ra fructuum, producunt etiam arbores odoriferos Cupresso similes, Euforbium in  
 copia ibidem. Hæ regiones ad septentrionem habet Fretum Herculeum & Africa  
 num, ad occasum Oceanum occidentalem, ad ortum Cyrenes, ad meridiem uero  
 Getuliam, & Lybiam internam. In Mauritaniam Ptolemæus duos montes Ath-  
 lantes posuit, maiorem scilicet & minorem, maioris Athlantis promontorium Cæ-  
 put de non hodie uocatur. Omnes hæ regiones sub nomine Barbaria comprehen-  
 duntur. Est autem Mauritania regnum magnum & ditissimum, sub se etiam regnū  
 Fesse, ac eiusdem nominis præclarissimam ciuitatem habens sub gradibus 10,0,30,  
 0. In alijs autem supra enumeratis regionibus hæ sunt ci. Hippa 20, 15, 29, 50.  
 Tripolis 38,0, 19, 50. Constantina 31,0,30, 10. Tagura 44,0,25,0. Carthago 34,  
 40,31,50. Cyrenaica plurimas bestias gignit, inter quas leones principatum tenent,  
 Onagros atq; serpentes ac Basiliscos procreat, copia ibidem illustrium simearum.  
 Marmarica Lybiæ, in certis locis frugifera, ligna præciosa producit, Cupressum,  
 Sandalum, Muscatum, Leones, Psitacos, Syraffiones, Plemelilas. Ægyptus cœli  
 imbribus insueta, pluiiarum expers. Nilus fluuius eam præter labens irrigat, & sua  
 inundatione fœcundat, unde & ferax frugibus, cæterorumq; negotiorum adeo est  
 copiosa, ut necessarijs mercibus impleat penè orbem. Hæ regiones à septentrione  
 terminantur mari Ægyptiaco & mediterraneo, ab occasu Africa minore, ab ortu  
 Isthmo Iudaico & mari rubro, à meridie uero Aethiopia sub Ægypto & Lybia  
 interna. Ciuitates habēt præcipuas Ammon 65,30,28,0. Oassis magna 59,20,26  
 55. Alexandria 60,30,31,0. Memphis 62,50,29,50. Alkeyro, siue Chayrū, a Pto-  
 lemæo iuxta coniecturam Babylonia uocata 62,15,30,0. Syene 62,15,23,50.

**De Lybia interna Aethiopia sub Ægypto,  
 ac Aethiopia australissima.**

CAPVT XII.



**L**ybia interna terminatur à septentrione duabus Mauritanijs, Africa  
 atq; Cyrene, ab ortu Aethiopia quæ sub Ægypto est, ab occasu Ocea-  
 ano occidentali, a meridie uero Aethiopia interna, in qua est Agilim-  
 ba regio. Sūt ibi magnæ solitudines & deserta, in quibus sunt Leones,  
 Pardi, Tigrides, Elephantes, Leopardi, Syraffiones, Strues, Papagalli,  
 Serpentes & formicæ miræ magnitudinis. Habet regiones. Garamantes  
 Aethiopes